

sarium esse prospeximus, ut dedicari oratorium ipsum protegente Domino debuisset; et quia monasterium, ubi prius fuisti, in ruinae est (erat) periculo constitutum, te illic cum congregatione tua constituere per omnia debere, quatenus in suprascriptae domus monasterio esse congregatio debuisset et imminens res periculum evitare(t). Unde necesse est, ut et nunc et futuris temporibus Dei illic laudes per eam quae modo est vel successura est congregationem modis omnibus celebrentur.

Considerantes igitur antedicti presbyteri voluntatem perpetuo illic tempore monasterium esse atque ad eandem domum in integro cum horto suo et rebus inferius designatis, quae a testatore relicta sunt, proprietatis iure constituimus pertinere; id est massam Magulianensem cum appendicibus suis via Numentana miliario plus minus undecimo, tabernam in hac urbe quae est posita iuxta Pallacenis et salgamum positum ante domum suprascripti monasterii. Oportet ergo, ut ita dilectio tua diligenter invigilet, ut Dei illic, sicut praefati sumus, laudes devote, ut moris est, celebrentur et suprascriptae (-as) res in eius ius pertinentes nulla, te negligente, occasione depereant.

Hanc enim sollicitudinem

stituendam esse decrevimus atque ideo et locum ipsum sollemniter dedicare; et quia monasterium tuum, ubi prius fuisti, in ruinae est (erat) periculo constitutum, te illic cum congregatione tua constituere Deo annuente prospeximus, quatenus et in suprascriptae domus monasterio (in nostrae dominationis monasterio: C) iuxta voluntatem defuncti domino redemptori nostro serviens habitare congregatio debuisset et imminens potuisses periculum evitare.

Praeterea considerantes antedicti presbyteri voluntatem perpetuo illic tempore monasterium esse atque ad id eandem domum in integro cum horto suo et rebus inferius designatis, quae a testatore relictae sunt, proprietatis iure constituimus pertinere; id est massam Magulianensem cum appendicibus suis¹ via Numentana miliario plus minus undecimo, taberna in hac urbe quae est posita iuxta Pallacenis et (eo) salgamum positum ante domum suprascripti (nostri: C) monasterii. His igitur ita concessis atque dispositis dilectio tua diligenter invigilet, ut et Dei illic laudes salubri studio devotissime, ut moris est, celebrentur et suprascriptas (nostras: C) res ad ius ipsius pertinentes nulla, te negligente, occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem

1) 'suis' om. C.